

gendum aufugit, sed nec ibidem illum expectare presumpsit, immo ad civitatem, in qua sui obsidebantur, occulte revertens, relicto exercitu et disperso, cum paucis in Sueviam latenter abscessit. Ceterum rex predictus non paucis castris et terris, que duci faverant potenter, acceptis, in locis, que ille prius habuerat, solempnes curias celebravit, tam a  
 5 langravio quam duce Boemie, quem ipsi regem appellant, et fratre ipsius marchione Moravie, multis quoque comitibus<sup>a)</sup> suppanis fidelitatis iuramenta recepit et eos de feudis suis sollempniter iuxta imperii consuetudinem investivit. — — Datum Anagnie III. idus decembris.

## 74.

10 *Papst Innocenz III. schreibt dem Landgrafen von Thüringen und bestätigt den von ihm mit König Otto und dessen Brüdern abgeschlossenen Vertrag.* Anagni, 1203 Dez. 12.

*Hdschr.: Reg. No. 6 fol. 27<sup>a</sup> No. 96. Vatikan. Archiv.*

*Gedr.: Baluze, Ep. Innocentii III. 1,733; ed. Migne 3,1103. Potthast 2053. Böhmer-Ficker 5858.*

Illustri regi Danorum. Sic sibi spiritualis et materialis gladius mutant mutue  
 15 subventionis auxilium et vicissim communicant vires suas, ut defectus suos ope vicaria suppleant et uterque alterius perficiat imperfectum; decet enim, ut sibi adinvicem suffragentur et apud eos, qui gladium spiritualem non timent, ius ipsius armis gladius materialis alleget et spiritualis temporali, cum necesse fuerit, auctoritatis sue robur impendat et tribuat super hiis, que minus essent valida sine ipso, valorem. Cum igitur  
 20 karissimus in Christo filius noster illustris rex Otto in Romanorum imperatorem electus et fratres ipsius quasdam conventiones tecum inisse noscantur et litteris propriis roborasse, ut dispositioni regie auctoritas pontificalis accedat, conventiones ipsas, sicut ad honorem tam ecclesie quam imperii et utriusque partis utilitatem provide facte sunt et ab utraque  
 25 xv. kal. ianuarii.

In eundem modum nobili viro langravio Turingie usque: electus quasdam conventiones etc., usque quam imperii et ipsius regis utilitatem et tuam providentiam facte sunt etc. usque in finem. Datum Anagnie II. idus decembris.

## 75.

30 *Papst Innocenz III. ermahnt den Herzog von Sachsen und andere Fürsten, unter ihnen den Markgrafen der Ostmark, von Philipp, den der römische Stuhl aus früher mitgetheilten Gründen nicht anerkennen kann, und der täglich schwächer wird, abzulassen und sich dem Otto als einem ganz geeigneten König, der sich täglich verstärkt, zuzuwenden.* Anagni, 1203 Dez. 12.

*Hdschr.: Reg. No. 6 fol. 27 No. 98. Vatikan. Archiv.*

35 *Gedr.: Baluze, Ep. Innocentii III. 1,733; ed. Migne 3,1103. Potthast 2054. Böhmer-Ficker 5868.*

Nobili viro . . duci Saxonie. Cum finem rerum providentia metiatur et extendat sapiens sue considerationis aciem ad futura, miramur non modicum et movemur, quod eum te virum esse noverimus exercitatum in temporalibus et in aliis circumspectum, in facto

73. a) comitibus Reg.